Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

credat dicatur sibi iura q ita credis et no aliter

Item queratur si credat q istud sacramentum corporis et sanguinis domini nostri ihesu christi no possit confici nisi quatuor interveniant primo videlicet q sit species panis et vini secundo q sit sacerdos secundum claves ecclesie rite ordinatus. Tercio q sit et dicatur certa forma a christo ipso tradita

Quarto q sacerdos habeat intencione conficiendi. ut si sciat aliquos no credentes et si dicat q credat dicatur iura q ita credas firmiter et non aliter

Item queratur si credat q ecclesia que est aput dominum nostrum papam Benedictum et sibi fideles habeat potestatem solvendi et ligandi ut si sciat aliquos no credentes et si dicat q credat dicatur sibi iura q ita credas et no aliter —

Item queratur si credat purgatorium esse ut si sciat aliquos no credentes et si dicat q credat dicatur sibi iura q ita credas et non aliter

Item queratur si credat ut sciat aliquos no credentes q misse elemosine orationes et ieiunia carorum prosunt animabus et alia suffragia ecclesie in purgatorio existentes

Incipit tractatus bonus de officio inquisicionis.

Circa inquisicionis officium considerandum est tria scilicet officium et ea que attenduntur circa officium commissio seu iniunctio potestas seu iurisdictio et ipsius execucio. Circa commissionem attendendum est q quedam sic committuntur ipsis inquisitoribus q ad ea suscipienda et exequenda tenentur precepto. sicut ipsius suscepcio et exercicio et hoc quantum ad sciam officium et execucionis, non autem quantum ad modum et formam exequendi q ipse modus exequendi no in precepto. De precepto constat in littera domini clementis de iniunctione officii. Pastoralis etc. Tamen considerandum est de modo exequendi non est intelligendum simpliciter, nam quo ad quedam ipse modus est in precepto. sicut in excommunicacionibus, absolucionibus et condempnacionibus, Non enim debet excommunicare nec absolvere nisi secundum formas canonicas nec condempnare nisi legittime convictos. et appello legittime non secundum leges canonicas sed secundum leges speciales ipsius officii scilicet secundum privilegia eiusdem. privilegium est idem q lex privata. Quedam no sic committuntur q ad ea exequenda tenentur non tamen ex precepto, sed ex simplici mandato, que aperte declarabuntur et distinguentur infra que in posse officii per certos articulos distinguntur

a(?) officio inquisicionis.
missio inquisitorum
precepto
articulos(?)